Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Eff. Tollite portas principes uestras.
et elevamini porte eternales et introibit rex glie. V. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco
sancto eius. innocens manibus et mundo corde. Ord. Hesterna die
quia nec audiuimus: et auxilium
nobis supplice vocatus impende:
ut adiuncta tui solacionis
sublevemur qui mente pietate
confidimus. P. Esaie phete.
In diebus illis: Locutus est dominus
ad achas dicens. Pete tibi signum
a domino deo tuo in profundum inferni
siue in excelsum supra. Et
dixit achas. Non petam. et non
tentabo dominum. Et dixit. Audite
ergo domus dauid. Nun
quid parum uobis est molesti
esse hominibus: qui molesti estis
et deo meo? Propter hoc dabit
dominus ipse uobis signum. Ecce uir
go concipiet et pariet filium. et uo
cabitur nomen eius emanuel
Butyrum et mel comedet: ut
sciat reprobare malum et eli
gere bonum. Gr. Propter est do
omnibus inimicis eius omnibus qui in
uocant eum mirabile. V. Laudem do
loquetur os meum et benedicat om
nis caro nomen sanctum eius. S. Ingrem
Zillo t: Missus est angelus
gabriel a deo in ciuitatem ga
lilee cui nomen nazareth. ad
virginem desponsatam viro cui
nomen ioseph de domo dauid.
et nomen virginis maria. Et in
gressus angelus ad eam dixit.
Ave gratia plena dominus tecum: be
nedicta tu in mulieribus. Que
cum audisset turbata est in sermone
eius. et cogitabat qualis es
set ista salutatio. Et ait angelus
ei. Ne timeas maria. in
uenisti enim gratiam apud dominum.
Ecce concipies in utero et paries filium
et uocabis nomen eius ihesum
Hic erit magnus et filius al
tissimi uocabitur. Et dabit illi do
minus sedem patris eius
et regnabit in domo iacob in eter
num. et regni eius non erit finis.
Dixit autem maria ad angelum.
Quomodo fiet istud. quoniam
uirum non cognosco? Et respondens an
gelus. dixit ei. Spiritus sanctus super
ueniet in te. et virtus altissimi ob
umbrabit tibi. Ideoque quod nascetur
ex te sanctum: uocabitur filius dei. Et
ecce elisabeth cognata tua. et ipsa concepit filium in senectute sua
et hic mensis sextus est illi
que uocatur sterilis. quia non erit
impossibile apud deum omne ver
bum. Dixit autem maria. Ecce ancilla
domini. fiat mihi secundum ver
bum. Off. Confortamini et iam no
lite timere ecce enim deus noster

20